

Wotonus? Ego Germanus? Conti-  
nentis amans? insulae angustias hor-  
rens? periculorum ejus præsagus? u-  
xorculam trahens & gregem libero-  
rum? Nam præter filium Ludovicum  
jam 13. annos natum, filia mihi nubi-  
lis est, filius ex altero cōjugio bimu-  
lus, puella infans matre puerperâ.

Hæreditatem matenam libero-  
rum, reliquamq; meam substantiam  
pecuniariam tenent Status Austria-  
ci: quorum consilio ordinariorum  
dissoluto, quod agi video, restat ut  
communitas bonis cedat. Vetuit nu-  
per Bavarus, vel obulum erogari  
cuicunque debitorum & stipendia  
merentium. Id quidem mollius è re  
præsenti interpretor, quia molliora  
fata opto: suspicor tamen interim,  
quia metuo, perpetuum sc. fore.

Hæc scilicet alia est materia, quam  
scribere de typo imaginis æneo & si-  
mili-